

secundæ, tertiæ &c. Decempedis, quibus nullæ minores species appi-  
 etæ sunt, tunc numero integrorum minuendorum tot adjici debent  
 cifræ, quot virgulas supra se habet numerus partium minuentium ulti-  
 mus, quo compendio fit integrorum conversio in minutias, ex. gr.

B. Turris quædam antea erat alta, -- 49 0' 0" 0"  
 in obsidione tormentorū globulis  
 exinde sunt dejectæ -- 15, 6, 4, 5, quid restat?

R. 33. 3. 5. 5.

Not. 2. Eadem observatio locum habet, si à primis simplicibus auf-  
 ferri debeant secundæ & tertiæ, & sic porro.

Not. 3. Quando subtrahendi sunt numeri quadrati à quadratis  
 (simplices enim à quadratis & quadrati à simplicibus subtrahi neque-  
 unt) sc. partes ab integris, aut partes plurium virgularum, à partibus  
 pauciorum, loco unius cifræ addi debent duæ, loco duarum quatuor, &  
 trium loco sex, & sic porro eadem observatâ proportionem, quia unum  
 integrum quadratum æquivalet centum primis quadratis, & 10000. se-  
 cundis quadratis & 1000000. tertiis quadratis, ex. gr. Possidet aliquis  
 agrum jugarium,

Cujus planities est, Dec.

C. 144 000 000 000  
 Cui vēditione detrahuntur 6 7 8 9 0. 0. 0. 4' 5" 9'''

D. 137210 9' 9" 9''' 5 4 1  
 Huic auff. Ager Meridian. 7 2 0 0 0 0 0 0 0

Restat. 65210 9. 9. 9. 5. 4. 1.

Not. 4. Eadem valet regula si à primis quadratis subtrahi debeant  
 secunda, tertia &c. quadrata, à secundis tertia, quarta, quinta &c.  
 quadrata, &c.

§. 12. Tertia Arithmetices species meritò statuitur Multiplicatio,  
 five numerum multiplicandi ratio, cum toties compositus fuerit, qui  
 multiplicari debet, quot sunt in ipso multiplicante unitates, & procrea-  
 tus fuerit aliquis. Eadem eâ potissimum de causa divisioni præmitti-  
 tur, cum huic omninò fundamenta substernat. Præognitione multi-  
 plicationis vulgaris probè haustâ, vel populari multiplicandi ratione  
 dextrè